



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

§. 3. Tartariæ Moschouiticæ Regna.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13167**

**L O P -** Ad Oceanum Borealem : populi huius regionis in syluis, & campestribus degunt, feritate singulari ; peri-  
**P I A** tissimi sagittarij quā in parte volunt feram vulnerant.  
**Lopski.** Excipiūt perhumaniter mercatores. Apud illos mon-  
tes igniomi in quibus Salamandræ viuunt, ut vulgo  
circumfertur.

§. 2. *Tartariae Moschouiticæ populi.*

**T I N -** Detecti sunt à Moschis in Siberiâ degentibus : mo-  
**G O E S I** ribus humanissimis, collo crasso vnde erumpunt vo-  
**Tingoe- ses.** ces quasi gallinarum Indicarum. Fluuius hic instar  
Nili agros oblimat.

**S A -** Populi olim Anthropophagi, & aliorum populorum  
**M O I E -** societatem refugientes, nunc viuunt cum Moschis,  
**D Æ** & eorum Duci tributum persoluunt, pelles duas Zi-  
**Samo- bellinas in singula capita. Hic quoque capitur bellua**  
**gedz.** terribilis dentibus ascendens ad Promontoria, & in  
campis omnia vastans.

**N A -** Variis nominibus appellari video; dicuntur enim in  
**G A I A** historiis, & relationibus *Nogay*, & *Nohay*, & *Nocay*,  
*le Na-* immo & nisi error irreperitur *Occaſi*, & eorum regio-  
*gaiſ, ou* nem alluit  
*Naiaski.* Rhymnus Fl. vulgo *Taych*, ex Siberiâ profluens.  
Scharaitka: *Scaraitzk*, primaria vrbs eorum dicitur  
vbi Chamus residet, qui tribus eorum hordis impe-  
rat, & cùm opus est 20. Equitum millia conscri-  
bit.

§. 3. *Tartariae Moschouiticæ Regna.*

**R E G N U M** CASANVM : *Cazan*, sic dictum quasi *olla feruens*,  
olim suum Regem habuit potentissimum, sed à  
Basilio Duce expulsis Regibus in ditionem Rus-  
ficam transiit, & firmius huic hæsit expulsis, ex-  
inde Tartaris, per filium Ioannem. Sita est ad  
Fl. Volgam & Cazanum, vnde vrbi nomen.

**C A Z A -**

**N E N S E**

*le Royaume  
de Casan, ou  
Cazan.*

Basilipolis: *Basiliouugred*, à Duce Basilio condita, ut Cazanenses in officio contineret ad confl. Suræ Fl. in Volgam.  
Suetzkouia: *Suetzkou*, à Moschis condita ante captum Cazanum.

R E G.

B V L-

G A-

R I Æ

*les Bul-  
gares.*

R E G.

A S T A R -

C H A -

N V M

*Royaume  
a' Astra-  
shan.*

Aliter dicitur Regio, seu *Horda Zauolhanorum*, & vtrumque nomen à *Volga* Fl. sortiuntur; item & *Horda Tatexi*, hoc est præcipua, vel libera; tum quia aliæ Hordæ ab eâ creduntur extitisse, tum quia nulli parabant. Eorum Dux dicebatur *Vlachan*, sed Moscho iam parent extinctis principibus. Mahumetum collunt omnes.

O L I M B V L -  
G A R I S A N -  
N V M E R A -  
B A N T V R , aut  
certè cum iis  
bella gerebat  
T A R T A R I

S C I B A N S K I  
C O S S A T Z K I  
T V M E N S K I  
C A L M V Z I  
I V R G E N Z I

Qui totidem conficiunt  
Hordas. Magiæ dedi-  
tissimi sunt quâ conci-  
tant tēpestates in ho-  
stes suos; frugibus ca-  
rēt, & tantū lacte & equi-  
no vicitant & ferina.

A S T A R C H A N V M : *Astrachan*, ad ostium Volgæ, cuius hīc alueus amplissimus, hoc est mille passuum, licet in alios plures discretus, & 72. ostii in Caspium euoluatur. Vrbs diues & vnde Moschus portoria maxima colligit. Parebat olim Rex huius vrbis minoribus Tartaris, sed anno 1554. Ioanni Basiliidae cessit. Hanc Selimus inuasit post annos quindecim, sed amississe dicitur ducenta viginti quinque equitum millia, ter mille Ianizaros, & naues bellicas 150. Arcem habet munitissimam hæc ciuitas.

Samachia eiusdem ditionis ad mare Caspium, sex dierum itinere distat ab Astrachan.  
Fossa Kamovtz quâ neicitur Tanaïs cum Volga.

C A P.